

SACROSANCTI  
ET OECUMENICI  
CONCILII TRIDENTINI,  
SUB PAULO III.

JULIO II. ET PIO IV. PONTIFICIBUS  
MAXIMIS CELEBRATI  
CANONES ET DECRETA.

ACCESSERUNT DUORUM ERUDIT.  
*D. Joannis Sotealli Theologi, & Horatii  
Lucii I. C. utilissima annotationes.*

BULLIS ETIAM PII IV.  
PONTIFICIS MAXIMI  
AD CALCEN ADIECTIS.  
HISPALI.

Typographia Hispana, & Latina Didaci Lopez de  
Haro, in Vico Genuensi.



# DESCRIPTIO TRIDENTINÆ CIVITATIS.



RIDENTI Civitas in finibus Vene-  
tiae Provincia inter montes in pla-  
nicie positæ est; maris valbara la-  
pideis, quam ex Septentrioni abluit  
Atbesis fluvius, ambitus milliaris  
Itali. In ea vias latas & lapidi-  
bus stratas, domos verò ita hono-  
rificas cernes, ut novam, non ve-  
terem civitatem præferat; Tem-  
pla satis pulchra conspicies, sed in omnibus ijs parum struc-  
ture. Arcem babet conspicuum, ut domum auream dicas  
potius, & quam possint & Imperatores & Reges percom-  
modè inabitare, à Bernardo Clesio Trid. Præside auctam,  
& illustratam non multos antebac annos. Infruit placide in  
urbem per muros ab Oriente aquæ rivus, superque adficia  
sericea, & mole frumentariæ multæ sunt, unde item pluri-  
mi rivihi deducuntur per medias vias in usum & publicam  
commoditatem. Super Atbesim, ad portam quo dicitur S.  
Laurentii, pontem babet magnificum, sed ligneum 140.  
passuum longitudinis. Montes circum se habet nivibus con-  
tinuè obfitor, scopulosos, inaccessos, præcipitos, & ita præal-  
tos, ut dicas cœlum montium cacumina contingere. Fayer  
babet duas, quarum altera vergit ad Septentrionem, altera  
verò ducit Veronam. Planiciem admodum parvam, sed ri-

BULLA INDICTONIS  
 SACRI OECUMENICI  
 ET GENERALIS  
 CONCIL. TRIDENTINI  
 SUB PAULO TERTIO PONT. MAXIM.

*PAULUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM  
 Dei ad futuram rei memoriam.*



NITIO nostri huius Pontificatus, quem non ob merita nostra, sed propter suam magnam bonitatem, Dei Omnipotentis providentia nobis commisit, cernentes iam tum in quas perturbationes temporum, quotque incommoda rerum ferè omnium nostra Pastorialis solicitude & vigilia esset vocata; cupiebamus quidem mederi Christianæ Reipublic. malis, quibus illa iamdudum vexata, & propemodum oppressa est: sed ipsi etiam, ut homines, circundati infirmitate, ad tantum onus tollendum impares vires nostras esse sentiebamus. Nam cum pace opus esse intelligeremus ad liberandam & conservandam à plurimis impendentibus periculis Remp. omnia invenimus odiis & dissensioni-

**SESSIO PRIMA.**  
**SACROSANCTI OECUMENICI**  
**& Generalis**  
**CONCILII TRIDENTINI,**  
**SUB PAULO III. PONT. MAX.**  
**CELEBRATA**  
**DIE XIII. MENSIS DECEMBRIS ANNO**  
**Domini MDXLV.**

*Decretum de incendo Conclio.*

**P**LACETNE vobis , ad laudem & gloriam sancte  
 & individuae Trinitatis , Patris , & Filii , & Spi-  
 ritus sancti , ad incrementum & exaltationem fidei , &  
 religionis Christianæ , ad extirpationem heresum , ad  
 pacem & unionem Ecclesiae , ad reformationem Cleri  
 & populi Christiani , ad depressionem & extinc-  
 tionem hostium Christiani nominis , decernere , &  
 declarare , sacrum Tridentinum & generale Concilium  
 incipere , & incepsum esse ? Responderunt , Placet .

*Indictio futurae Sessionis.*

**E**T cum proxima sit celebritas Nativitatis Domini  
 nostri Iesu Christi ; & subsequantur aliæ festivi-  
 tates labentis & incipientis anni ; placet ne vobis pri-  
 maria futuram Sessionem habendam esse die Iovis post  
 Epi-

## ORATIO

HABITA IN SESSIONE NONA ET ULTIMA

SACRI CONCILII TRIDENTINI,

Celebrata duobus continuis diebus, tertia &amp; quarta De-

cembris. M.D.LXIII. sub Pio IV. Pont. Max.

A.R.P.D.Hieronymo Ragazeno Veneto, Episcopo Nakianeno,

Et Coadjutore Famaugustano,

Hic summatim recensentur omnia in Concilio Triden-

tino definita, quæ &c ad pie credendum, & ad  
bene vivendum pertinent.

**A**udite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes  
qui habitatis orbem. Tridentinum Concilium iam  
diu cœptum, aliquando intermissum, distractum varie  
atque divulsum, nunc demum, singulari Dei omnipot-  
entis beneficio, summa atque incredibili omnium ordin-  
num ac nationum voluntate connectitur atque perficitur.  
Dies hæc quidem felicissima Christiano populo illuxit,  
in qua templum Domini disturbatum frequenter, ac dis-  
sipatum reficitur, & absolvitur: & navis hæc una bonorum  
omnium ex maximis ac diuturnis turbinibus atque  
fluctibus tuta in portu collocatur: quam utinam concen-  
dere nobiscum iij voluissent: quorum in primis gratia hæc  
ipsa navigatio instituta fuit; atque ædificii huius cons-  
truendi participes exsisterent, qui hoc nobis negotium  
exhibuerunt; maioris nunc profecto lætitiae causam habe-  
remus. Sed nostra id certè culpa non accidit.

Nos urbem hanc in Germaniæ fauibus, id est, in domi-  
nus illorum ferè limine positam elegimus: nos custo-  
diam nullam nobis, ne suspicionem illis aliquam minus  
liberi loci daremus, adhibuimus: nos eam fidem publi-  
cam illis concessimus, quam sibi ipsi composuerunt: nos  
hic illos perdiu exspectavimus; neque hortari, ac rogare  
numquam destitimus, ut ad veritatis lucem cognoscen-